et euchariſtie ſacramentum ſumere. vt ſe obedientem oſtendat eccleſie .et verum chriſtianum. Cum illo tamen ſtat ꝙ totiens quotiens peccat aliquis mortaliter ſtatim cum poterit habere copiam ſacerdotum ſuum confiteri tenetur peccatum .quia valde periculoſum ē taꝫ diu ſtare in mortalibus peccatis. Idcirco tales ita procraſtinantes deliberant ⁊ circūſpicientes.aut non confitentes propoſitum ſuuꝫ tardant.et continget eis ſicut columbis. ꝙ ſepe ſagitta mortis vel diuine vindicte ſubito eos non ſolum in corpore.ſed etiam in anima multotiens perforant.quia nullus eorum dieꝫ confeſſionis expectat. Ideo conſulitur cuilibet peccatori Eccl.v. Ne tardes conuerti ad dominum.et ne differas de die in diem.ſubito enim veniet ira illius.⁊ in tempore vindicte diſperdet te. Sicut illi de quo in vitaſpatrum libro quarto.capi.cxxiiij. Fuit temporibus Tācredi regis in prouincia merciorum miles quidam qui pro induſtria exteriori placebat regi. Sed tamen pro negligentia interiori diſplicebat ſibi. Igitur rex ſedule eum monebat vt cōfiteretur et redimeret peccata vel ſcelera antequā morte preuētus tempus perderet penitēdi. Ille verba ſalutis ſpernebat.⁊ ſe tempore ſequenti penitētiam acturum promiſit. Hic tādem infirmitate tactus decidit in lectū.⁊ acri dolore cepit torqueri. Ad quem rex ingreſſus hortabatur vt antequā moreretur penitentiā ageret peccatoruꝫ. Ille reſpondit non ſe tunc velle confiteri peccata.ſed cum ab infirmitate reſurgeret.ne hoc exprobrarēt ſibi ſodales ꝙ timore mortis hoc feciſſet. Cūqꝫ morbus conualeſceret.rex ad euꝫ denuo ingreſſus eſt.quē vt ille vidit.miſerabili voce clamauit. Quid vis modo.quare huc veniſti.non enim poteſ mihi aliquid vtilitatis aut ſalutis vltra conferre. Cui rex. Noli inquit ita loqui.vide vt ſapias ſanum. non inquit loqui inſanio. Sed peſſimam mihi ſententiam pre manibus habeo. Et rex. Quid iq̄t hoc ē.⁊ dixit. Paulo an̄ intrauerunt duo iuuenes.et reſiderāt circa me.vnꝰ ad caput ⁊ alius ad pedes.⁊ protulit vnus libellum pulcherrimū ſed valde modicum ſcriptum.⁊ nihil dedit ad legendum. In quo omnia bona que feceriꝫ ſcripta repperi.⁊ hec erāt pauca et modica. Receperunt codicem.et nihil mihi dixerunt. Tunc ſubito ſuperuenit exercitus malignorum ſprituum.⁊ domum interius et exterius obſedit. Et ille qui primus videbatur.proferebat codicem horrende viſionis et magnitudinis et iuſſit vni ex ſatellitibus ſuis vt mihi ferret ad legendum. Quem cum legiſſem omnia ſcelera mea.non ſolum que opere.ſed etiam verbo.nec non leuiſſima cogitatione peccata tetris litteris ſcripta inueni. Dicebātqꝫ ad illos iuuenes mihi aſſiſtētes. Quid hic ſedetis ſcientes certe quia noſter eſt? Reſponderunt illi dicentes.verum dicitis. Accipite euꝫ ⁊ in tumulum veſtre damnationis ducite.quo dicto diſparuerunt. Surgentes itaqꝫ maligni ſpiritus habentes in manibus vomeres ardentes percuſſerunt me.vnus in capite et alius in pede.qui modo cum magno tormēto in interiora mea irrepunt.et mox vt ad ſeinuicem peruenerint moriar.⁊ ad inferni clauſtra protrahar. Et non multo poſt miſer defūctus eſt. Ecce ꝙ iſte ad inſtar columbe ſemper penitere deliberauit.nec perfecit qualiter vindicta et ſagitta mortis ipſum perforauit et dānauit. Ideo chariſſimi mei dum tempus habemus vetus fermentum peccatorum mortaliuꝫ expurgāꝰ.vt in hoc leto tempore paſcali corpus chriſti noſtri redemptoris feliciter ſuſcipere valeamus.nec cum illis qui penitere procraſtinant miſerabiliter pereamus.

## Sermo ſecundus de paſca.

In reſurrectione tua chriſte celum et terra letentur. A
Ita canit eccleſia. Dicūt naturales.ꝙ ſerpēs in duo vel in tria fruſta deciſus.ſi ſub fimo ponitur.reintegratur et reſurget.vt vult Ariſto. vij.animalium. Et huius rationem ponit commentator Auerrois dicens. Animalia annuloſa deciſa viuunt poſtmodum viceuerſa. Spiritualiter per ſerpentem intellige chriſtum.qui figuratus eſt per ſerpentem eneū. Nume.xxi. vbi dicitur. Cum filij iſrahel profecti eſſent de monte hor per viam que ducit ad mare rubrū et circūirent terram Edom.tedere cepit populus itineris ac laboris. Locutuſqꝫ eſt contra dominum et Moyſen.et ait. Cur eduxiſti nos de t̄ra egypti vt moreremur in ſolitudine. Deē panis.non ſunt aque. Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Quamobrem miſit dominus in populuꝫ ignitos ſerpentes.ad quorum plagas et mortes plurimorum venerunt ad Moyſen atqꝫ dixerunt. Peccauimus

quia locuti ſumus cõtra dominum ⁊ te. ora vt
tollat a nobis ſerpentes. Orauitq; Moyſes ꝓ
populo. Locutuſq; eſt dominus ad eum. Fac
inquit ſerpentem eneum. et pone eum ꝓ ſigno
vt ꝗ percuſſus a ſerpẽte aſpexerit viuet. Fecit
ergo Moyſes ſerpentem eneum. ⁊ poſuit euꝫ
pro ſigno. quem cuꝫ percuſſi inſpicerent. ſana-
bantur. Unde dicit gloſa. Serpens ſuſpenſus
in ligno eſt filius dei chriſtus cruci affixus. ꝗ
venena ſerpẽtis antiqui excluſit. et reſtituit ſa
nitatem. Sed dicitur eneus. quia es eſt dura-
bilius omnibus metallis. ⁊ ſignificat corpus
chriſti. quod propter inhabitantem deitatem
durat in eternum. Hic quideꝫ ſerpens per gla
dium paſſionis et mortis diuiſus fuit in duas
partes. videlicet in animam ⁊ in corpus. ⁊ ani
ma deitati coniuncta ad inferiores partes ter
re deſcẽdit. Corpus v̄o eadem deitate plaſma
tum requieuit. ſed ſub fimo ſepulcri poſitꝰ re-
integratus eſt. ⁊ reuixit cuꝫ anima corpori re-
unita fuit. et hodie glorioſe reſurrexit. Sicut
teſtatur apoſtolus ad Roma. iiij. Traditus ē
propter delicta noſtra. et reſurrexit propter
iuſtificationem noſtram. Et idem teſtatur ſan-
cta ſynodꝰ ⁊ conſtitu. de ſum. trini. ⁊ fi. catho.
c. firmiter credimus. dic. Tertia die reſurre-
xit a mortuis. Idem teſtatur verbum ſancte ec
cleſie pro themate aſſumptum. In reſurrectio
ne tua chriſte ⁊c̄. In quo verbo duo principa-
liter tanguntꝛ. Reſurrectio chriſti glorioſa ibi
In reſurrectione. et celebratio reſurrectionis
B gaudioſa. ibi. Celū ⁊ terra. Circa quod notan
dum vt aiunt naturales ⁊ computiſte. Sol na
turalis quolibet menſe intrat aliquod ſignum
Nam. xiiij. die marcij ſol intrat in arietem. ⁊ ſi
militer. xiiij. die aprilis intrat tauruꝫ. Sꝫ. xiiij
die Maij intrat ſignum gemini. et ſic de alijs
vt ptꝫ ĩ hoc verſu. Ri tib ⁊ ri gar. ip tiq; bric.
lucat. vi dato ſignis. Uide enim quota ſit ĩ or-
dine vnaqueq; ſillaba in verſibus menſium. et
facile patebit ingreſſus. numerando enim ſic.
Mar ci us ad ri a ⁊c̄. conſtat ꝙ illa ſillaba ri
eſt. xiiij. ⁊ ſic de alijs menſibus. Spiritualiter
per ſolem intellige chriſtuꝫ qui eſt ſol iuſticie ⁊
ſol intelligentie. Iuſticie quidem. quia iuſte re
tribuet nobis iuxta opera noſtra omnia vel fa
cta. Ideo dicitur Malach. iiij. Orietur vobis
timentibus nomen meum ſol iuſticie. Sed dici
tur ſol intelligentie. quia facit nos eum intelli
gere per fidem. Iuxta illud Eſa. xiiij. Niſi cre-
dideritis non intelligetis. Ideo dicunt mali et
increduli Sap. v. Iuſticie lumen non luxit no-
bis. ⁊ ſol intelligentie nõ eſt ortus nobis. Iſte

quidem ſol ſpiritualis chriſtus dominꝰ noſter
ĩtrauit arietẽ vt dicit Holkot lectiõe huiꝰ ſup
li. Sap. Qñ in ſtatu innocentie creauit ꝑmos
parentes ⁊ in paradiſo collocauerat. Et ſicut
aries animal ē naturaliter mite. ⁊ innocẽs ſ̄m
genꝰ ſuũ. ſic deus tunc mitis fuit. et nullã feri-
tatẽ tunc eis oſtendit. ſꝫ tm̄ innocẽtiã ⁊ in cre-
ando potentiã. ⁊ res gubernãdo. qḋ ſignificatꝛ
in illo. qꝛ aries ē animal potens ⁊ forte in ſpe-
cie ſua. ſed ſtatim homine peccãte ille ſpũalis
ſol xp̄s intrauit in taurũ ꝗ ē animal magne for
titudinis ⁊ ferocitatꝭ. qꝛ ſtatim expulit eos de
ꝑadiſo. Gen̄. iij. Inflixit etiã eis moriẽdi neceſ
ſitatẽ in corpe. ⁊ ad inferos deſcendẽdi ĩ mor-
te. Deinde euolutꝭ q̄nq; milibꝰ. ⁊. cc. annis mi C
nus vno intrauit ſol iuſticie iſte in gemini. qñ
duas naturas ĩ vtero virginis ineffabiliter co
pulauit. ⁊ tunc aliq̄liter mitigatus fuit ⁊ certe
totaliter. qꝛ dicit Iſid. xxvij. ethy. c. vij. Tau-
rus quãtũcunq; ferox fuerit. ſi alligetur ficui
manſueſcit. Sic xp̄s filius dei qui ĩ primis pa
rentibus magnã ferocitatẽ oſtendit. alligatus
dulciſſime ficui. i. glᷓioſe v̄gini ꝑ incarnationẽ
ꝯtinuo mãſueſcit. Et verificatũ eſt in ip̄o illud
Matth. xxi. Ecce rex tuꝰ venit tibi mãſuetus
De iſto ſigno tranſiuit xp̄s ſol iuſticie in can-
crum. Eſt eni cancer animal paſſu retrogrado
vadẽs. iuxta illud auiani. Curua retrocedens
dum fert veſtigia cancer. Sic chriſtus in hoc
mundo continuo retroceſſit. Quod ſic proba-
tur. Nam rectus inceſſus hominus iuſti debet
eſſe de virtute ad honores. ex quo honor eſt ꝓ-
mium virtutis. iiij. ethicoꝝ. Deinde ꝺ merito
ad premium. ⁊ de labore ad requiem eternam
Sed xp̄s dum h̄ vixit retroceſſit de virtute in
vituperium. de vituperio ad verbera. ⁊ ad cru
cem. vt bona ſexta feria audiuit charitas vr̄a
et de cruce ad mortem. de morteq; trãſiuit ad
infernũ. Sicut teſtatꝛ ſacra ꝯſtitutio de ſũ. tri.
vt ſ̄. Deſcẽdit inquit ad inferos. De ꝗ habes
ſ̄. pte. j. dominica letare. ſermone. ij. ſigno. b.
Hic q̄runtꝛ aliq̄. Primo an ſit catholice conce D
dendũ xp̄m ad inferna deſcẽdiſſe. ⁊ videtur ꝙ
non. Quia dicit beatus Auguſ. ad Dardaniũ
⁊ etiam ſup Gen̄. ad lr̄aꝫ. Non facile nomen ĩ-
ferni in ſcripturis in bono inuenitur. Si ergo
xp̄o nihil mali attribuenduꝫ eſt. viderꝛ ꝙ ad in-
fernũ nõ deſcẽdit. Sed ĩ cõtrariũ ē fides ap̄lo
rũ. Deſcẽdit ad inferna. Ideo dicũt doctores
ꝙ noïe inferni aliq̄ñ intelligitur pena. aliq̄ñ lo
cus pene. et ſ̄m hoc xp̄m deſcendiſſe ad infer-
na itelligitur dupliciter. Uno modo aut quia
deſcendit ad penam. aut qꝛ deſcendit ad locuꝫ

pene. Primo modo non conuenit xp̄o. quia in eius beata anima poſt mortē nec fuit pena dāni. id eſt. carentia diuine viſionis. nec pena ſenſus. i. afflictiua. Secūdo aūt modo ꝯueniebat deſcendere ad infernū nō ad penam ſed ad locū pene. in quem deſcendit non neceſſitate. ſed E voluntate. dignatione. et ꝑtāte. ¶ Ratio autem quare pro animab⁹ liberādis voluit ad infernum deſcendere. cum eas in abſentia potuiſſet liberare, duplex aſſignatur vt dicit Bonauentura ſuper. iij. di. xxij. Primo, ꝓpter conſolationem vinctoꝝ. quia magna fuit animabus liberandis conſolatio. et maxima fuit chriſti dignatio. in hoc ꝙ xp̄s ꝑſonaliter voluit in anima ſibi vnita ad infernū deſcendere. Unde ait Damaſcenus ꝙ propter hoc deſcendit vt his qui in tenebris ſederent ſuperluceret. Sicut ī ſua natiuitate deſcendit vt his luceret q̄ in terris erant. Secundo, ꝓpter refutationē aduerſariorum. ſ. demonuꝫ. vt ſicut chriſtus eos vicerat in terra in natura aſſumpta. ſic de eiſdeꝫ triumpharet apud inferos ipſos inuitos ſpoliando. quia ſpolium ſanctorū patrum iniuſte detinebant. et ſic implete ſunt he figure. primo Geñ. xiiij. vbi dicitur ꝙ chodorlaomor et quattuor reges cū eo tulerunt ſubſtantiā loth quē cū audiſſet abraā captum Loth aſſumpſit vernaculos trecentos. ⁊ reduxit ſubſtantiam ꝑſequens eos et occidens. Spūaliter Loth interpretatur vinculuꝫ. ⁊ ſignificat patrem celeſtem qui vinculum eſt amoris. ipſius ſubſtātia ſunt omnes electi qui ab hoc ſeculo ī gratia et fide meritoruꝫ deſcenderunt quos iniuſte tenebat diabolus. qui ſignificatur ꝑ chodorlaomor regem. Quod audiens verus Abraaꝫ xp̄s ꝑſecutus eſt ipſum. ⁊ omnes electos ſuos a poteſtate ſua liberauit. Secunda figura. j. Regū xvij. Cum Dauid paſceret gregem venerūt vrſus et leo tulerunt ouem. Ipſe autem eos inſecutus eſt. ouem eripuit. vrſum et leonem occidit. Dauid gregem paſcens eſt xp̄s vniuerſos in mundo nutriēs. Sed vrſus ⁊ leo eſt diabolus. De quo Threñ. iij. Urſus inſidiās fact⁹ eſt mihi leo ī abſcondito. ⁊ hic tunc tulit ouem dauid quando omnes electos ante paſſionem chriſti infernus deuorauit. Sed chriſtus mortuus in cruce eum inſecutus eſt qñ infernuꝫ deſtruxit. ⁊ oues ſuas inde eduxit. Sꝫ ꝙ hoc dicitur de inferno non eſt de loco damnatoꝝ vł purgandoꝝ. aut etiaꝫ ſine baptiſmo decedentium pueroruꝫ. ſed de lymbo patrum intelligēdum. Ad obiectioneꝫ Auguſtini dicit̄ ꝙ hoc ē verum pro tanto, quia ad infernū nunꝙ vllus

deſcendit niſi ad penam damni vel ſenſus preter ſolum xp̄m. Et ideo recte dicit nomē inferni. nō de facili in bonum inuenitur. quia deſcēdere ad infernum ad penam certam in malum ſonat. Sed ad infernū deſcendere ipſum poteſtate expoliādo. ⁊ ex magno domino hoc ī maximā ſonat dignitatē. ⁊ ſic competit xp̄o. vnde pſ. deſcribens deſcenſum eius ad inferos ſic pſallit. Attollite portas principes veſtras ⁊c̄. Et reſpondet in ꝑſona demonuꝫ. Quis eſt iſte rex glorie. replicat in perſona xp̄i di. Dñs fortis ⁊ potēs. ¶ Secūdo queritur an xp̄s ſua ꝑ̄ſentia infernū illuminauit. ⁊ videt̄ ꝙ non. q2 tenebre vident̄ eſſe de ratiōe inferni ſicut lux eſt de ratiōe ꝑadiſi. ergo ⁊c̄. Reſpōdet̄ q2 tenebre inferni exteriores correſpondent tenebris interiorib⁹ ī inferno exñtibus. ⁊ ex quo xp̄s a ſanctis p̄ribus q̄ erāt ī inferno. ſ. ī lymbo omnes tenebras īteriores fugauit. q2 eis ſuaꝫ diuinitatē oſtēdit ibidē. ⁊ ſic tota trinitas eas ad viſionē diuine eſſentie, ꝓpt̄ meritū xp̄i miſericorditer ⁊ dignāter admiſit. Cōgruū ꝙ fuit vt per p̄ñtiam ſue humanitatis. ſcꝫ quo ad aīam tenebras exteriores eoꝝ effugaret. Cōcedēdū ergo ē ꝙ xp̄s infernum. ſ. lymbū patꝝ ſua p̄ñtia illuſtrauit. Ad obiectioneꝫ dic ꝙ infernus ſcꝫ lymbus ſctōꝝ patꝝ erat oīno euacuādus. ita ꝙ ꝑampli⁹ nullus eſſet deſcenſur⁹ ad ipſum vt tenēt doctores. ideo decēs fuit ꝙ aliq̄d fieret ī eo quod eēt ꝯtra rationē inferni. ſ. illuminatio ſerena ex redemptoris p̄ñtia. ¶ Tertio q̄rit̄ G an aliquos ꝺ inferno dānatoruꝫ liberauit? Ad hoc rñdent doctores ꝙ exñtes ī inferno damnatoꝝ ſunt ī malicia obſtinati ſicut demones Et q2 pena nō tollit̄ manēte culpa. iō de inferno dānatoꝝ aliq̄ aīa liberata non fuit. Iux̄ illud Eſa. vlt. vmis eoꝝ nō morie̅t. et ignis eorū nō extinguet̄. Nec fuit hoc ex inſufficientia liberātis. ſed ex indiſpoſitiōe obſtinata ī damnatis. Sed ſi inſtaret cōtra hoc aliq̄s Zach. ix. Tu in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos ꝺ lacu in quo nō erat aqua. Ubi dic̄ glo. i. eos q̄ tenebāt̄ victi carcerib⁹ vbi nl̄la miſericordia eos refrigerabat. quā refrigerationē ille diues petebat tu liberaſti Sꝫ tales erāt anime damnate in inferno. ergo videt̄ ꝙ aliquos inde liberauit. Ad hoc rñdent doctores ꝙ textus ille Zach. intelligēdus ē de lymbo patrū Sed ad glo. inductā dicūt ſanct⁹ Thomas et Bonauē. ꝙ ipſa ſatis ſit impropria, pōt tñ exponi vt hoc q̄ꝺ dr̄. nulla eos miſericordia refrigerabat ītelligatur ꝺ inferno dānatoꝝ. ⁊ reſiduū. Tu liberaſti. intelligit̄ de lymbo patrū.

Quia licet ante xp̄i aduentū nō eēt miſericor=
dia liberans. fuit tn̄ miſericordia relucēs. ¶ Et
H iſtud videt̄ magis eſſe ptinēs ꝓpoſito. Sꝫ iterū
inſtaret aliq̄s p iſtud Job. In ꝓfundū inferni
deſcendit aīa mea. ergo videt̄ ꝙ ipſius anima
nō ſit liberata. Reſponde ꝙ omnes doctores
tenent Job eſſe ſaluatum. ideo diſtinguēduꝫ ē
ꝙ infern⁹ ē aliq̄s ſup terraꝫ. ⁊ eſt ipſe aer cali=
ginoſus. qui eſt infernus aliquorū demonum
Et vt ait magiſter li. ij. ſniaꝝ. di. vj. c. iij. Iſte
aer caliginoſus ē q̄ſi eis carcer ad temp⁹ iudi=
cij deputatus. tūc aūt detrudent̄ ad baratrū
inferni. Iuxͣ illud Matth. xxv. Ite maledicti
⁊c̄. Et ē infern⁹ ſub terra q̄ diſtinguebat̄ ī lym
bū patꝝ. ī purgatoriū. ī lymbū puerorū. et in
infernū dānatoꝝ. Ergo abſolute loquēdo tūc
infernus dānatoꝝ eſt ꝓfundiſſimuꝫ inferni. ſꝫ
lymb⁹ patꝝ reſpectiue. reſpectu enī inferni de
monū quorūdaꝫ ī aere caliginoſo exñtiū dr̄ ꝓ=
fundiſſimū īferni. ⁊ hoc mō dicebat Job. In ꝓ
fundū inferni deſcēdit aīa mea. De hoc infer=
no dicit ꝓpħa ī pſona xp̄i. Eruiſti aīam meam
I ex inferno inferiori ¶ Quarto queritur an xp̄s
liberauit aliquos ō lymbo puerorūꝫ? Rñdent
doc. ꝙ nō. q̄ꝛ redēptio xp̄i nō habuit locū niſi
ī illis q̄ fuerūt vel futura erant mēbra xp̄i. ſed
pueri illi qui tunc fuerunt in lymbo vel hodie
ſunt nūq̄ꝫ fuerūt xp̄i redēptoris membra. neqꝫ
p ꝓpriam fidem. neqꝫ p ſacramētū fidei quod
nūc ē baptiſmus. tūc circūciſio vel ſacrificiuꝫ
⁊c̄. Et ita hodie puuli vel alij decedentes in ſo
lo originali ſicut ſunt nō baptizati ſiue ſint de
parentib⁹ xp̄ianis. iudeis. vel paganis. equa=
liter carebunt vita beata ī ppetuū. q̄ꝛ ppetue
p̄uantur diuina viſione. que priuatio vocatur
pena damni. Sed tamē p magiſtrum ⁊ cōiter
alios doctores pena eorum ē . . mitiſſima. q̄ꝛ
nō ſuſtinent aliquē cruciatū ignis ex carentia
diuine viſionis. Hunc enī ordinatum rationis
iudicium vt vident ſe ex diuina ordinatiōe in=
abiles ad huiuſmodi viſionem. Et ꝙ non ha=
bent cruciatū habet̄ ex ſcriptura Apoc̄. xviij.
Quantum glorificauit ſe in delitijs ſuis tantū
date ei luctū ⁊ tormentuꝫ. Sed notum ē ꝙ hu
iuſmodi puuli nunq̄ꝫ ſe glorificauerunt in deli
tijs. eo ꝙ nunq̄ꝫ peccatum commiſerunt. Sed
ſolum ex alijs traxerunt ⁊c̄. Sed quid de eis
poſt iudicium finale deus ſit facturus an etiaꝫ
patientur penam ignis vult Auguſtinus ꝙ ſic
Et ſimiliter merkeln⁹ in tractatu ō inſtructio=
ne ſimplicium ſacerdotū. c. lviij. Et q̄ꝛ ipſoruꝫ
vbā in antea poſui in li. de ſanctis ſermone. j. de
ſancto Jacobo. ⁊ in ſermo. iij. de reſurrectiōe
xp̄i. ⁊ iō ad pn̄s ponere p̄termitto. hoc autē ſo
lū addēdo. vt ponit. ſ. Tho. ō aq̄no p̄ma ſcd̄e
q. lxxxvij. in rñſione ad ſcd̄ꝫ arg. ꝙ pena eter=
na nō debet̄ puulis ꝓpt̄ quātitatē peccati ori=
ginalis. ſꝫ rōne ꝯditionis ſubiecti. ſ. hoīs. qui
ſine gr̄a īuenit̄. ſic inquit. Eternitas pene non
correſpondet peccato veniali ꝓpter quātitatē
culpe. ſed ꝓpter irremiſſibilitateꝫ ipſius q̄n vi=
delicet peccato mortali eſt ꝯiunctum ¶ Quinto K
querit̄. vtꝝ aliquas aīas de purgatorio in ſuo
deſcēſu liberauit? Ad hoc dr̄ ꝙ ī ſolutiōe hui⁹
q. doc. ſunt cōtrarij. Sꝫ ꝓ ſolutiōe dicit ſanct⁹
Tho. circa. iij. ſniaꝝ. di. xxij. ꝙ lꝫ non inuenit̄
determinatū apud ſanctos patres. tn̄ dici poſ
ſet ꝙ illi qui erant in purgatorio non inde fue=
runt liberati. niſi dicatur ꝙ in vita ſua hoc me
ruerunt. vt per paſſionem chriſti liberarentur
vel ex ſpeciali gratia tunc fuiſſent liberati licet
nūc nō liberent̄. Et tenēt q̄dam doctores mo=
derni ⁊ probabiliter ꝙ chriſtus in ſuo deſcēſu
ad infer . . omnes animas de purgatorio li=
berauit. et probant hoc Act̄. ij. vbi dicitur de
chriſto ꝙ deus eum ſuſcitauit a mortuis ſolu=
tis doloribus inferni. Sed hoc intelligi nō po
teſt de lymbo patruꝫ. quia ibi non fuit dolor ſꝫ
pena damni tm̄. igitur ītelligitur de purgato=
rio. Sed poſſet hic aliquis in contrarium ar=
guere. Paſſio xp̄i nūc equalē hꝫ v̄tutē miſeri=
cordie quā tūc habuit. ſꝫ nūc virtute paſſiōis
nō liberantur illi q̄ ſunt in purgatorio niſi pri=
us puniātur ⁊ purgentur. igit̄ nec tūc. Ad q̄ð
reſponde. licet paſſio chriſti non habebat vir=
tutem liberādi ſimpliciter ⁊ indiſtincte omnes
de purgatorio niſi aliquo modo eis pena infli
geretur. tamen tunc ex ſpeciali gratia vt tāgit
ſanctus Thomas, ꝓpter redemptoris preſenti
am poterāt omnes de purgatorio liberari. Re
cte ſicut promiſſus fuit ⁊ datus latroni introi=
tus paradiſi dicēte redemptore. Hodie mecuꝫ
eris in paradiſo Luc̄. xxiij. Sexto queritur q̄ꝫ
diu chriſtus ī inferno fuit? Ad hoc dicit ſanct⁹ L
Thomas circa diſ. xxvij. tertij li. ſniaꝝ ꝙ ali=
quo modo corpus ⁊ anima ſunt proportiona=
bilia. Tanto ergo tp̄e aīa xp̄i in inferno eſſe de
buit quāto tp̄e fuit eius corpus in ſepulcro vt
p vtrunqꝫ ſuis fratribus ſīl'aretur ſcꝫ alijs ho=
minibus. Et vt per reſurrectionem ſuā nouam
inchoaret vitā etiā quo ad aīaꝝ liberationē. ⁊
quo ad corpoꝝ reſurrectionē in ſuo corpe in=
choatā. Māſit ergo aīa xp̄i vſqꝫ ad horam re=
ſurrectiōis ī lymbo. Poſtea ītrauit ī ſignuꝫ le=
onis ī ſua glioſa reſurrectiōe. Dic̄ enī Iſið. li.
xij. ethymol̄. c. ij. q̄ð catul⁹ leonis de nouo na=

tus tribus diebus iacet quaſi mortu⁹. Tandē
poſt tres dies patris rugitu a dormitione ſiue
morte ſuſcitatur. Iſto modo xp̄s cū eſſet mor-
tuus in cruce tribus dieb⁹ per ſynodochē mor
tuus iacuit. Poſt quod tempus virtute patris
ſuſcitatus reſurrexit. Circa qd̄ illa queruntur
ꝛ p̄mo. an congruū fuit xp̄m tertia die reſurge
re. Ad hoc dicūt doctores ſuper decretali fir
miter. p̄ncipaliter ſup hoc verbo. tertia die re
M ſurrexit a mortuis. qd̄ xp̄s non ſuſtinuit mor-
tē vt debitor mortis ſed vt mortē noſtram ſua
morte mortificaret. Ad hoc autē duo require-
bant̄. vnum videlicet vt nō debitor mortis ſol
ueret mortē quā nos debebamus. Aliud autē
vt nos virtutem mortis ipſius xp̄i cognoſcere
mus. vt per fidem mortis xp̄i virtus mortis in
nobis effectum haberet. ꝑpter quod congruū
erat vt veritas mortis appareret que ſufficien
ter apparuit per hoc ꝙ xp̄s tertia die reſurre-
xit a mortuis. Fuit eni mortuus in ſexta feria
ꝛ reſurrexit die dñica que tertia eſt poſt feriaꝫ
ſextam. Et hoc predixit chriſtus. Mat. xx. Fi
lius hominis tradet̄ gentib⁹. ꝛ ꝯdemnabūt eū
morte. Et ſequit̄. Et tertia die reſurget. Ideo
in ſymbolo aploꝝ dicit̄. Tertia die reſurrexit
a mortuis. Et additur in ſymbolo niceno. ſm
ſcripturas. Sed cōtra hoc inſtaret aliquis ſic
Xp̄s loquēs de ſua morte Matth. xij. dicit̄. Si-
cut fuit Ionas i vētre ceti tribus diebus ꝛ tri-
bus noctib⁹. ſic erit filius hominis i corde ter
re. Sed nō fuit chriſt⁹ in corde terre niſi q̄ diu
mortuus fuit. Cuꝫ ergo tribus diebus ꝛ trib⁹
noctibus mortuus fuit xp̄s. videt̄ ergo ꝙ non
reſurrexit tertia die. ſꝫ magis quarta die. Ad
hoc rn̄de. dies diuerſimode accipit̄ aliqn̄ pro
die naturali. ꝛ ſic integrat̄ ex. xxiiij. horis. ꝛ to-
tū aggregatū ſil̄ ex die a nocte dies dr̄. Aliqn̄
N accipit̄ ꝓ die artificiali q̄ ē latio ſol̄ ſup noſtꝝ
emiſperiū ſiue terrā. loquēdo ergo de die arti-
ficiali q̄ diſtinguit̄ contra noctē. tunc xp̄s fuit
mortuus vna integra die tm̄. ſcꝫ die ſabbati. ꝛ
duabus noctibus. quaꝝ vna p̄ceſſit ſabbatum
ꝛ alia ſequebat̄. Et ad hāc intētionē dicit glo.
ad Roma. iiij. c. qd̄ xp̄us requieuit in ſepulcro
vna die. ꝛ duab⁹ noctibus. quia ſua ſimplici no
uitate noſtraꝫ duplicem vetuſtatē conſumpſit
Item dicit vna glo. ſuper illo verbo Luc. vlt.
Nōne oportuit chriſtū pati ꝛ reſurgere. quod
ſic intelligendum eſt qd̄ due noctes q̄bus cor-
pus chriſti fuit in ſepulcro ſignificabant in no
bis duplicem vetuſtatem. ſcꝫ culpe ꝛ pene. vel
corporis ꝛ anime. quas chriſt⁹ cōſumpſit ſua
ſimplici nouitate. ſcꝫ pene ſine culpa. quod fi-
gurabat dies vnica ſabbati. per quā integram
mortuus fuit. Si autem loquimur de die natu
rali. ſic per ſynodochen accipiendo partem ꝓ
toto quod conſuetum eſt in tempore. ſic mor-
tuus fuit tribus diebus ꝛ tribus noctibus. Il
la eni ps diei paſſionis xp̄i. ſ. ab hora paſſiōis
xp̄i. ſ. ab hora nona ꝛ deinceps cōputat̄ ꝓ to-
ta die naturali cuius ē pars. ſ. ꝓ nocte p̄ceden
ti. ꝛ ip̄a die artificiali. Similiter nox ſequēs com
putat̄ ꝓ tota die naturali ſequēti. quibus ſi ad
iungatur vna dies naturalis integra videlicet
nox p̄cedēs ſabbatum ꝛ dies ſabbati. hoc mō
loquēdo habetur ꝙ chriſtus fuit mortuus. et
fuit i corde terre tribus dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctib⁹
Et ita itelligitur autoritas inducta. Et in hac
ſnīa concordant oēs doctores ſancti. Sed cir O
ca hanc ſolutionē occurrit alia dubitatio q̄ ho
ra xp̄s reſurrexit. De hoc eſt diuerſitas inter
doc. Quidā dicūt ꝙ i media nocte. alij dicunt
ꝙ in aurora. Et nihilomin⁹ tā illi q̄ iſti concor
dant ꝙ corp⁹ xp̄i fuit. xxxvj. horis i ſepulcro.
qꝛ de p̄ma opiniōe cōputant ab hora. vj. qn̄ te
nebre facte ſunt ſup vniuerſaꝫ terrā. ꝛ ſic cōpu
tant. xxxvj. horas. qꝛ fuit eqnoctiuꝫ v̄nale qn̄
xp̄s paſſus fuit. de ſcd̄a opiniōe cōputāt ſero.
ſiue a tp̄e veſptino qn̄ corp⁹ poſitū fuit i ſepul-
cro. Pro iſtaꝝ opinionū ꝯcordātia dicit Bo-
nauē. ꝙ aliq̄d dr̄ fieri duplicit̄. vel ſm veritatē
qn̄ fit vel qn̄ inoteſcit. ꝛ ideo q̄ horā medie no-
ctis aſſignāt temp⁹ determināt ſm veritatē re
ſurrectionis. quia ſm veritatem tūc facta fuit
Qui v̄o aſſignant tempus mane. determinant
qn̄ inotuit. Et ſubdit. forte reſurrectio chriſti
fuit inter horam medie noctis ꝛ diei dominice
Et quia medium habet cum extremis partici-
pationē. ideo aliqui dicunt reſurrectionē fuiſſe
in media nocte. aliqui in mane ſine aliqua con
tradictione. Sed iteruꝫ inſtaret q̄s ſic. Figura
debet correſpōdere veritati. ſꝫ reſurrectio xp̄i
figurata fuit in Samſone. De quo Iudic. xvj.
vbi dr̄ ꝙ ingreſſus vrbem Gaze. ꝛ in ea dormi
uit vſqꝫ ad medium noctis. Et inde reſurgens
apprehēdit ambas portas vrbis cum poſtib⁹
ſuis. ꝛ ſera. ꝛ apportauit ſuis humeris vſqꝫ ad
montis verticem. Ex qua ſcriptura videtur ꝙ
chriſtus in medio prime noctis debuit reſur-
gere ꝛ nō tertia. ꝛ beat⁹ Greg. tāgēs figurā p̄-
dictā in omel̄. paſcali dicit xp̄m in nocte reſur-
rexiſſe ſicut Samſon in nocte deportauit por-
tas gaze. videt̄ ḡ ꝙ nō fuit ꝯgruū xp̄m reſurge
re tertia die. Ad hanc obiectionem dicunt do-
ctores ꝙ nō eſt neceſſariū ꝙ figura in omnib⁹
correſpōdeat veritati vel econuerſo. qꝛ nulla

figura eſt ita ſimilis veritati qui̅ ſit ex aliq̄ par
te ſibi diſſimilis. Poteſt enim dici. ꝙ per Sā=
ſonem in hac re geſta non fuit figura reſurre=
ctionis chꝛiſti quantū ad tempoꝛis hoꝛaꝫ. ſed
magis quantum ad reſurgentis potentiaꝫ ma
gnificā. qꝛ ſic̄ Sāſon poꝛtas ciuitatis potētia
foꝛtitudinis aſpoꝛtauit ita xp̄s potētia diui=
nitatꝭ foꝛtiſſime reſurrexit ī media nocte. Sed
ad id qđ obijcit̄ de omel. Greg. q̄ videt̄ dicere
ex ꝯſideratione illiꝰ figure đ Samſone ꝙ xp̄s
reſurrexit ī media nocte. dicit .ſ. Abo. ꝙ xp̄s
credit̄ reſurrexiſſe in crepuſculo matutino. ſcꝫ
inter mediam noctem et auroꝛam. et ita iuxta
intentionē Bonauenture p̄miſſam tunc abſ=
qꝫ contradictione dicitur reſurrexiſſe in nocte
⁊ in die. Pꝛo doctrina moꝛali eſt ſciendum ꝙ
reſurrectio ſpiritualis quattuoꝛ modis ī chꝛi=
P ſti reſurrectione coꝛpoꝛali p̄monſtrat̄. Pꝛimo
ſic qꝛ chꝛiſtus reſurrexit coꝛpoꝛaliter vita coꝛ
poꝛali nūq̄ꝫ moꝛiturus. Iuxta illđ apoſtoli ad
Roma. vj. Sciētes ꝙ chꝛiſtꝰ reſurgēs ex moꝛ
tuis iam non moꝛitur. Glo. quia reſurrexit ad
vitam īmoꝛtaleꝫ. moꝛs illi vltra nō dominabi
tur. Ita ⁊ nos qui vt ſpero omnes hoc tempo
re quadrageſime p̄terito a peccatis reſurre=
ximus. moꝛi deinceps per peccata non debe=
mus. qꝛ alias vere nō reſurgeremus. nec ſpū=
aliter viueremꝰ. Jđ ſubdit apl's ad Roma. vbi
ſ̄. Ita ⁊ vos exiſtimate fratres moꝛtuos qui=
dem eſſe peccato. Glo. ꝑ totalem dimiſſioneꝫ.
viuentes autem deo. ſ. vita gratie in xp̄o ieſu.
Non ergo regnet peccatū in vr̄o moꝛtali coꝛ=
poꝛe vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed
neqꝫ exhibeatis membꝛa veſtra arma iniqui=
tatis. ſcꝫ contra dn̄m. ⁊ pctō. ſ. ꝯtra ꝓximū. ſꝫ
exhibete vos deo. i. aptate vos deo ad ſeruiē=
dum tanq̄ꝫ ex moꝛtuis viuentes. Et nota ꝙ il=
li q̄ ꝑ penitētiam quadrageſimalē a pctō ſpū=
aliter reſurrexerunt. ⁊ ſtatim poſt paſca iteruꝫ
in peccatis moꝛiuntur. ſimiles ſunt illis qui in
veteri teſtamēto ꝑ heliā ⁊ heliſeū imo per xp̄m
an̄ paſſionē reſurrectiōe ip̄fecta ſurrexerūt
quia iterato moꝛtui fuerūt. Sed hi qui poſt re
ſurrectionem ſpūalem non ī peccatis moꝛiūt̄
ſil'es ſunt illis ſanctis q̄ cū xp̄o ſurrexerūt nec
Q iterato moꝛtui fuerunt vt quidam dicūt. Pꝛo
quo nota quidaꝫ opinant̄ ꝙ illi ſancti cū xp̄o
ſurrexerunt. ⁊ teſtes ipſius reſurrectionis ex=
titerunt. ꝑfecte ſurrexerunt cū quattuoꝛ doti=
bus glorioſis. ⁊ chꝛiſto aſcendēte in celum cū
eo aſcenderunt. Et tenētes illaꝫ opinionē alle
gāt ꝓ ſe Aug. ī ſermone reſurrectiōis. qꝛ illa ē
ratio quare q̄dā ſancti p̄res affectabāt ī terra
ſancta ſepeliri. qꝛ in ſpū ꝓuidebāt aliquos p̄e
uenire futuram reſurrectionem in chꝛiſti reſur
rectione. vt tangit magiſter hiſtoꝛiarum tra=
ctans de ſignis que poſt moꝛtem chꝛiſti euene=
runt. ſicut patet de Jacob patriarcha qui fili=
os coniurabat vt coꝛpus ſuum de egypto trā̄ſ
poꝛtarent et in terra ſancta in ſpelunca dupli
ci ſepelirent. Gen̄. xlix. Similiter Joſeph con
iurauit fratres ſuos. vt quando dominus vi=
ſitaret eos. ꝙ redirent de egypto ad terraꝫ ꝓ=
miſſionis ꝙ oſſa ſua ſecum tranſpoꝛtarent. et
ibidem ſepelirent Gen̄. vltimo. Alij autem di=
cunt ꝙ iterum ſunt moꝛtui. et dicunt cum ma=
giſtro hiſtoꝛiarum ſuper euangelia. ꝙ aliquo=
rum coꝛpoꝛa q̄ cum chꝛiſto reſurrexerunt qui=
eſcunt in hieruſalem. Et Auguſtinus de mira=
bilibus diuine ſcripture plane diffinit ꝙ iterū
moꝛtui ſunt. Dicit enim. c. ix. pꝛope fineꝫ libꝛi
Sicut in reſuſcitatꝭ moꝛtuis ſimilitudo tm̄ nō
moꝛs continua fieri cernitur. ita et in his ſimi
litudo reſurrectionis nō ipſa reſurrectio oſtē=
ditur. De continua enī moꝛte nullus ad vitaꝫ
indiuiduā niſi dn̄s vſqꝫ in nouiſſimaꝫ diem re=
uertit̄. Unde dicendū ſm̄ menteꝫ Aug. appet
ꝓbabilis in hac parte. vt Holkot lectione. xix
ꝙ illi qui cuꝫ chꝛiſto ſurrexerunt iterū moꝛtui
ſunt. quoꝝ coꝛpoꝛa iterum ad monumenta re
uertebant̄. Nanqꝫ veriſimile ē ꝙ inter eos de
bebant fuiſſe ſancti patres. Moyſes ⁊ Dauid
⁊ q̄daꝫ alij. quoꝛum fidem maximā cōmendat
aplus ad Heb. xj. Et in fine concludit. Hi om
nes teſtimonio fidei pꝛobati inuenti ſunt. non
acceperunt repꝛomiſſionem. ſcꝫ gloꝛie eterne.
Et hoc mouebat Auguſtinus ad ſic dicenduꝫ
Et dicit Holkot. Conſtat ꝙ moꝛiebant̄. ſicut
de Johanne euangeliſta dr̄. ꝙ doloꝛē in moꝛi
endo nō ſenſit. ſic ⁊ illi. non enim ſeq̄tur. ſi ite=
rum moꝛiebantur. ergo cum pena. Poteſt enī
deus cū ſtatuto diſpenſare. ⁊ eis pꝛo pena glo
riā recōpenſare. Sꝫ beatꝰ Hiero. in ſer. Cogi=
tis me dic̄. quos cuꝫ dn̄o reſurrexiſſe legimus
vtꝝ redigerint in puluerē certū nō habemus.
Melius ē ḡ totū deo cōmittere q̄ꝫ aliquid te=
mere diffinire. Et hec ſentētia pluribꝰ placet.
Secūdo qꝛ xp̄s ſm̄ coꝛpus ⁊ animam đ ſepul
cro reſurrexit. expeditus a ſyndone qua erat
inuolutus. ⁊ a ſudario quo erat cooptꝰ. Sic
homo reſurgens ſpūaliter debet reſurgere de
ſepulcro coꝛruptionis culpe. et a ſyndone ſi=
ue ligamento conſuetudinis p̄aue. que ligat
hominem ⁊ inuoluit ne celeriter a peccato re=
ſurgat. Surgere etiā debet a ſudario excuſati
onis ꝑuerſe. Sicut enī ſudario ſudoꝛ extergit̄

ita excuſatione peccatuȝ ne appareat. ſicut fecit Adaȝ ⁊ Eua. Geñ.iij. Tertio ſicut xp̄s de ſepulcro ipſo manente clauſo reſurrexit. Sic qñ quis reſurgit ſpiritualiter ꝑ veram penitētiam clauditur ſepulcrū cōcupiſcētie ne defluant ipſiꝰ riuuli ad ꝑpetrationē pctōꝝ. Quarto ſicut xp̄s reſurrexit cum .iiij. dotibꝰ corpis ſcȝ cū claritate contra opacitatē. cuȝ agilitate cōtra grauitatē. cuȝ ſubtilitate ꝯtra groſſiciē. cū imortalitate ꝯtra paſſibilitateȝ. Sic hō cuȝ reſurgit ſpūaliter ſurgit ad claritatem cognitionis. ad agilitatē bone oꝑationis. ad ſubtilitatem contemplationis. et ſurſum actionis ⁊ ad impaſſibilitatem ſolide tollerationis aduerſariorum. ⁊ hoc quo ad ꝑmum. Quātū ad ſcd̄ȝ ponitur ī v̄bo ꝑmiſſo celebratio reſurre-

B ctionis gaudioſa cū ſubiūgit. celū ⁊ terra letantur. Circa qd̄ notandū qñ rex terrenꝰ pugnās contra aliū regem ſi viribus ſuis deficit ⁊ ſuccumbit omnes de familia ſua triſtantur. Si autem poſtea reſumptis viribus fines hoſtis ſui ingreditur eum proſternendo ⁊ captiuos redimendo. omnes ſui qui erant in triſticia iocundantur ⁊ letantur. Spūaliter xp̄s rex celo̊ruȝ in ſua paſſione pugnauit contra regem ſuperborum. ſcȝ diabolum. qui eſt rex ſuꝑ omnes filios ſuperbie Job.xlj. Sed pro ſalute generis humani pugnās defecit. ⁊ in cruce ſuccubuit ſicut teſtatur per os dauid in pṡ. Defecit cor meum ⁊ caro mea. Ideo omnes de familia ſua triſtabant̄. ſicut patuit primo de celeſtibus. vt de angelicis ſpiritibus. De quibus Yſa.xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. Deinde patet de terreſtribus. vt de virgīne glorioſa. de apoſtolis ⁊ de alijs hominibus electis qui in triduo mortis chriſti valde triſtes erant. Et quilibet dicere potuit illud Job.xxx. Verſa ē in luctuȝ cithara mea. ⁊ organum meum in vocem flentium ⁊ nō dumtaxat rationales creature imo ⁊ irrationales triſtabantur. Nam ob magnam triſticiam et compaſſionem celum lumen ſuum abſcondit. terra mota fuit. ⁊ ſic de alijs vt habetur Matth.xxvij. Sȝ iſte rex reſumptis viribus ingreſſus ē potēter fines ſui inimici. cuȝ ꝯſtrauit. et captiuos quos tenebat liberauit. et hodie cum eis reſurgens in ciuitatem ſuam amenā. ſcȝ paradiſum terreſtrē letanter ſubintrauit. Qd̄ pōt haberi ex illo v̄bo pṡ.cxxxviij Si ſumpſero pēnas meas diluculo. et habitauero in extremis maris. q.di. cuȝ aſſumpſero pennas. id ē. duas alas charitatis ī diluculo mee reſurrectionis. tunc cū electis meis habitabo in paradiſo que ē in extremis maris. Et dicunt doctores. cum chriſtus poſt ſuā reſurrectionē nō fuit cū diſcipulis. tūc fuit cū patribus ī paradiſo. Idcirco hoc tp̄e ſue victorioſe reſurrectiōis oīa tam in celo ⁊ in aere ꝙ̄ ī terra letantur. vt dicit verbū allegatum. celum ⁊ terra letantur. Pro quo notandū. ꝑ celuȝ hic C intelligit̄ celū ſplendidū. quod ſm magiſtrum li.ij. ſniaꝝ diſt.ij.c.vj. dictuȝ eſt empyreum et igneum a ſplendore. non calore. cum quo quidem celo creati ſunt angeli. Iuxta illud Geñ. j. Creauit deus celum et terram. Hoc quidem celum in xp̄i reſurrectiōe letatū eſt. ⁊ quō hodie letatum ſit oſtenditur in illo ꝙ ciues celeſtes in veſtibus albis ī ſepulcro ſedentes. mulieribus lachrymantibus et deflentibus mortuum dominum reſurrectionis ſue letiſſimos rumores letificauerunt ⁊ nunciauerunt. q.d. tantū eſt nobis hodie gaudium in celo. ꝙ celum non potuit nos continere. Sed deſcendimus gaudia noſtra vobis nunciare. et hoc habetur in euangelio hodierno. Marc. vlt. vbi Maria magdalena Maria iacobi. ⁊ Salome venerunt ad monumentum. et viderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola cādida. Et ſtola fuit ſignum leticie angelorum. quia vt dicit Hieronymus. Veſtis candida vera eſt leticia. Et beatus Gregoriꝰ dicit ī omel. Stola candida coopertus apparuit. quia feſtiuitatis noſtre gaudia nunciauit. Cādor enī veſtis ſplendorem noſtre denunciat ſolennitatis. Nunqȝ ſic vidiſſent angelum in veſte alba leticie ipſe obſtupuerunt. Quod conſiderans angelus. dixit eis. nolite expaueſcere. quaſi diceret. nobis gaudentibus nolite timere et contriſtari. Quia nobiſcum ciues celi eritis. Jeſum enim queritis nazarenum crucifixum non eſt hic. ſcilicet per preſentiam corporalē. Surrexit. ecce locus vbi poſuerūt eum. quaſi diceret. Ecce leo ſuſcitauit catulum ſuum. Ecce fenix triduo mortuus. hodie reuixit. Ecce figulus ex eodem luto fracti vaſis fecit aliud vas. ſicut placuit oculis eius. Ecce Jonas de ventre ceti illeſus exiuit. Ecce veſtitum eſt candelabrum aureum. Ecce ſuſcitatum eſt tabernaculum Dauid quod ceciderat. Ecce refulſit ſol qui prius erat ſub nubilo. Ecce viuificatum eſt granum quod cadens in terram mortuum fuerat. Ecce verus Joſeph eductus de carcere conſtituitur dominus egypti. Ecce ſaccus cōſciſus circūdedit leticiam. Ideo ite dicite eius diſcipulis ⁊ petro. q2 precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis. ſicut dixit vobis. Ecce quam gaudioſos rumores angelus

# In feſto paſce.

mulieribus nūciat. Scđo p̱ celū intelligitur
firmamentum quod ſecunda die factum eſt. ſi=
cut teſtatur magiſter vbi ſupra. di. Celū ī quo
poſita ſunt luminaria magna. nō in p̄ncipio ſ3
ſcđa die factum. illud q̄đ celum hodie letatu3
eſt. Sicut enī in die paſſionis chriſti in ſuis ſtel
lis. ſ. ſole et luna obtenebratum fuit. ſic in die
gaudioſe reſurrectionis eius clarius letiuſq3
illuxit. Sicut canendo teſtat̃ ſancta mater ec=
cleſia. Lucent clarius ſol et luna morte chriſti
turbida. S3 moralit̃ intelligit̃ ſctā militās ec=
cl̃ia. q2 ſicut ſ̃m naturales firmamētum fuit a
p̄ncipio creatū ſ̃m ſuā ſ̃bam. ſ3 ſcđa die am
pliori formatione ē decoratū ꝛ ornatū. Sic ec
cleſia fideliū etiā ab initio inchoata videlicet
ī p̄mis parētibus fuit. S3 ſ̃m Uincē. ī ſpe. hi=
ſto. li. ij. c. lvij. ab Abel dicitur incepiſſe eccl̃ia
Quia ſi ab Adam incepiſſet. nō fuiſſet cōtinua
et q̄uis ab initio incepit ab Abel. tamē perfe=
cte formata fuit decorata ſecunda die in tem=
pore plenitudinis gratie qñ chriſtus venit in
mundū. Hec reuera ſancta eccleſia p̱ firmamē
tum deſignata ī chriſti reſurrectione cordiali
ter ē in filijs ſuis. Et quō potuiſſent cōtriſtari
cū chriſt⁹ reſurgēs māſit cū eis q̄nquaginta di
es eos varijs apparitionib⁹ ꝯſolādo. Ideo di
xit dñs Mat. ix. Nūquid poſſunt filij. ſ. chriſti
qui eſt ſponſus eccleſie lugere q̄diu cum eis ē
ſponſus: quaſi diceret non. Circa quod vlte=
rius eſt notandū. ſicut firmamētū h3 multas
p̱tes. Quia ſ̃m cōmētatorē ſuper. ij. li. de celo
ꝛ mundo. Quelibet ſtella ē dēſior pars ſui or=
bis. Ita ſancta eccl̃ia tp̱e reſurrectionis ſpon
ſi chriſti habuit varias partes ꝛ diſtinctiones
ſanctorū. Prima pars fuit electorū q̄ fuerūt
in lymbo. ꝛ hi ſignificabant̃ per ſtellas qui di=
cuntur pliades. ꝛ ſunt ſeptem ſtelle que int̃ ge=
nua tauri ꝛ vicine ſunt ſibi ꝛ diuiſe. Et ſ̃m Gre
gorium oriuntur tempore hyemali. Sed p̱ tem
pus hyemale intelligit̃ tempus ante chriſti na
tiuitatem ꝛ paſſionem in quo orti ſunt p̱ natiui
tatem oēs ſancti in lymbo contenti. q2 oēs an=
te paſſionem chriſti electi ad lymbū deſcende=
runt. ꝓpter qđ dixit Iacob ſanctiſſimus. De=
ſcendā ad filiū meū lugens ī infernū. ī. ad lym=
bum patrū Geñ. xxxvij. Et dicunt̃ ſeptē ad nu
merum ſeptiſtellij. q2 ſeptē virtutibus omnes
illi electi ī lymbo fulſerūt. ſ. quattuor cardina=
libus. que ſunt iuſticia. tēperantia. fortitudo ꝛ
prudētia. ꝛ tribus teologicis. ſ. fide. ſpe. ꝛ cha
ritate. S3 ē valde notabile de ſtellis p̄dictl ꝙ
tp̱e v̄nali ī quo xp̄i reſurrectio celebrat̃ letius
lucēt atq3 ſplēdēt. ꝛ quāto aura ē ſerenior ꝛ fri
gidior tāto ab alijs ſtellis meli⁹ diſcernuntur
Et ſ̃m Marcianū. Cū ſol p̱ pliades iter facit
aeris caliditas vernalibus pluuijs tp̱atur. et
terra tunc tp̱is flor̃ pulchritudine adornat̃.
ita ad p̄ſens. cum verus ſol iuſticie xp̄s iter fa
ceret p̱ ſanctos patres ī lymbo exiſtentes eos
ſua deitate illuſtrando. tunc letius luxerūt. q2
dotē claritatl ex eius p̄ſentia acceperūt. Tūc
q3 aer tenebroſus fuit ſerenatus et tribulatio
eorum pluuijs diuine gratie erat tp̱ata. Et le=
tanter dicere potuerunt. Tob. iij. Nō delecte=
ris ī p̱ditionib⁹ nr̃is. q2 poſt tēpeſtatē tranq̄l
lū facis. ꝛ poſt lachrymationē ꝛ fletū exultati
onē infundis. De hoc vide hiſtoriā quā ponit
Nicodemus ī ſuo euāgelio. Carinus ꝛ lētius
q̄ cum chriſto reſurrexerūt Anne ꝛ Cayphe.
Nicodemo ꝛ Joſeph gamalieli apparuerūt. ꝛ
adiurati ab eis quid xp̄s apud inferos geſſe=
rit. reſponderunt. Cū eſſemus cū oib⁹ patri=
bus nr̃is ī caligine tenebrar̃. ſubito factus eſt
aureus ſolis color. purpuraq3 regalis lux illu
ſtrās ſup̱ nos. Statim Adā humani generis
pater exultauit dicens. Lux iſta autoris lumē
eſt ſempiterni q̄ nobis promiſit mittere coeter
nū ſuū lumē. Tunc exclamauit Eſa. di. Hec eſt
lux patris. dei filius ſicut p̄dixi cū viu⁹ eſſem
ī terris. Populus gentiū q̄ ambulabat in tene
bris vidit lucem magnā. Tūc ſuperuenit geni
tor noſter Symeon. ꝛ exultans dixit. Glorifi=
cate dñm. q2 ego infantē natū ī manibus ſuſce
pi in templo. ꝛ compulſus a ſpirituſancto dixi
Nunc di. dñe ſer. tuū in pa. ꝛc̃. Quia viderunt
oculi mei. Poſt hec Johānes letāter ait. Ego
chriſtum baptizaui. ꝛ ante faciem ipſius para
re vias eius preiui. ꝛ ipſū digito oſtēdi. dicēs
Ecce agnus dei. ecce qui tollit ꝛc̃. Et deſcendi
nūciare vobis. q2 in proximo eſt viſitare nos
Tunc ſeth dixit. Cū iuiſſem ad portas para=
diſi rogare dominū. vt tranſmitteret mihi an
gelum ſuum vt daret mihi de oleo ligni miſeri=
cordie vt perungerem corpus patris Ade cū
eſſet infirmus. apparuit mihi angeluſ michael
di. Noli laborare lachrymis orādo ꝓpt̃ oleū
miſericordie. quia nullo mō poteris ex eo acci
pere niſi qñ completi ſunt quinq3 milia ꝛ quin
gēti anni. hec audiētes oēs p̃triarche et ꝓphe
exultauerūt mag̃ exultatiōe. Cū igit̃ hec age=
rent̃. facta eſt vox vt tonitruū di. Tollite por
tas p̄ncipes veſtras ꝛc̃. Ad hanc vocē cōcur=
rerūt demones. ꝛ hoſtia erea cum vrtib⁹ fer=
reis clauſerunt. Quibus Dauid. Nonne ego
ꝓphetiſaui: d. pſ̃. cxj. Confitemini dño quoni
am bonus ꝛc̃. Confiteantur dño miſericordie

eius.⁊ mirabilia eius filijs hominũ. Quia cō
triuit portas ereas ⁊ vectes ferreos ꝯfregit.⁊
facta eſt iterꝝ vox magna. Tollite portas prin
cipes. Uidēs infernus ꝙ duabus vicibus cla
mauerat.quaſi ignorās dixit. Quis eſt iſte rex
glorie. Cui dauid. Dñs fortis et potēs in ṗlio
Tunc rex glorie ſupuenit.⁊ eternas tenebras
illuſtrauit. Et extendēs dñs manum.⁊ tenens
dexteraꝫ Ade dixit. Pax tibi cum omnibus fi
lijs tuis iuſtis meis. Et aſcendit dominus ab
inferis.et omnes ſancti ſecuti ſunt eum vt im-
pleretur illud Eſa.lv. In leticia egrediemini
ſcilicet a lymbo.⁊ i pace deducemini. Tūc ve
rificatum eſt illud pſ̄.ciiij.de chriſto. Eduxit
populum ſuum in exultatione.et electos ſuos
in leticia. Et addit euangeliuꝫ Nicodemi. Do
minus tenens manum Ade tradidit michaeli
archangelo qui introduxit eum in paradiſum
Secunda pars electorum fuit in mundo.⁊ fu-
it duplex.ſcꝫ viroꝝ ⁊ mulierꝝ. De numero mu
lierum precipua fuit mater dñi virgo Maria
ſanctiſſima que p ſtellam maris poſitā i firma
mento eſt figurata. Naꝫ ſicut i xp̄i paſſione fu-
it obſcurata.ſic in reſurrectione xp̄i clariſſime
illuſtrata. Quod patet ex eo. quia ſtelle lumē
ſuum capiūt a ſole qui eſt fons totius luminis
quo ſuperiora et inferiora illuſtrātur. vt dicit
Iſidorus. Sed quia ſol in paſſione chriſti lu-
men ſuum amiſit et obſcurauit. Matth.xxvij
igit ⁊ ſtelle. Sed ſicut ſol in die reſurrectionis
clare luxit.ſic ⁊ ſtelle clarum lumen habuerūt
Ita beatiſſima virgo Maria in paſſiōe filij ſui
pre maximis doloribus fuit in colore ſuo ſplē
dido obſcurata.vt de illo miraretur propheta
Hieremias. Threñ.iiij. Quomodo obſcuratū
eſt aurum.id eſt. aureus color virginis glori-
oſe.mutatus eſt color optimus. Sed que fuit
ſic meſtiſſima chriſto moriente. nō dubium qn
pre cūctis hodie hominibus gaudioſiſſime ex
ultauit dicens cum pſ̄.xciij. Scdm multitudi
nem dolorum meorū in corde meo.conſo.tue
letifica.animam meam. In cuiꝰ ſignum imago
quedam beate virginis eſt Rome apud ſanctū
Sixtum quaꝫ ſanctus Lucas dicitur pinxiſſe.
que vt dicitur in paſſione et paraſceue a mane
vſqꝫ ad horam nonam palleſcit.et tunc nigre-
ſcit quaſi facies mortua vſqꝫ ad diem reſurre-
ctionis.quaſi diceret illud Cant.j. Nolite me
conſiderare ꝙ fuſca ſim.quia ſol.id eſt. filius
meus propter ſuam amariſſimam paſſioneꝫ de
colorauit me. Sed hec imago hodierna die ro
ſeo colore pfundit quaſi reſurrectioni filij ſui
congaudendo. Ideo hodie cantent angeli eaꝫ
ad leticiam exhortando dicentes. Regina ce-
li letare. Et ſancta eccleſia ſubiungit. Gaude
dei genitrix. Quia ſurrexit filius tuus. Item
de numero viroꝝ precipue fuerunt ſancti apo
ſtoli per duodecim ſigna firmamenti deſigna-
ti.q ſpeciali leticia in chriſti reſurrectiōe ſplen
duerunt. Sicut teſtatur euangelium Joh.xx.
Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Secūdo no
tandum ꝙ non ſolum celum letat in chriſti re-
ſurrectione.ſed celi volucres. Naꝫ per hoc tē
pus feliciſſime reſurrectionis quaſi omnes vo
lucres colletantur.⁊ reſurrectioni chriſti con
gaudent. Prima eni ⁊ principalis eſt philome
na.que vt frequēter hoc tēpore reſurrectiōis
niſi per frigus impediatur ſolet gaudere ⁊ can
tare. Eſt enim vt dicunt naturales auis parua
in corpore.ſed cantus ameniſſimi.que in tm̄ i
cātus amenitate delectatur vt aliquando per
cantum deficere videatur.⁊ poſtq̄ cibo corpꝰ
reficit iterum canit.⁊ ſic corporis exiguā quā-
titatem reſtaurat per cantus amenitateꝫ. Spi
ritualiter per philomenam intellige Mariam
magdalenam.quia ſicut hec auicula eſt par-
ua.ſic ipſa fuit ex humilitate infima.quam hu
militatem tunc oſtendit quādo ad pedes Jeſu
flendo retro proſtrata iacuit Luc.vij. Sed ſi-
cut philomena tam in nocte vel diluculo. q̄
etiaꝫ in die ameniſſime cantat.et reſurrectioni
chriſti ſm modulum ſuuꝫ congaudet. Sic hec
felix peccatrix in nocte reſurrectionis chriſti
a diluculo ameniter cantauit.cum reſurrectio
nem eius diſcipulis primitus nunciauit.vt ha
betur Joh.xx.ꝙ vna ſabbati venit maria Ma
gdalena mane cuꝫ adhuc eſſent tenebre ad mo
numentum. Et inter cetera cum ibi ſtaret plo-
rans.conuerſa retrorſum vidit Jeſum ſtanteꝫ
et neſciebat ꝙ eſſet Jeſus chriſtꝰ.dicit ei. Mu
lier quid ploras? quem queris. Illa eſtimans
quia hortulanus eſſet.dicit ei. Domine ſi ſu-
ſtuliſti eum dicito mihi vbi poſuiſti euꝫ.⁊ ego
tollam eum. Dicit ei Jeſus. maria. Conuerſa
illa dic̄ ei. Raboni quod magiſter dicitur. Di-
cit ei Jeſus. Noli me tāgere.nondum enim ad
patrem meum aſcendi. Uade ergo ad fratres
meos.et dic eis. Aſcendo ad patrem meum ⁊
ad patrem veſtrum. deum meum et deum ve-
ſtrum. Uenit ergo Maria magdalena nūciās
diſcipulis.quia vidi dominuꝫ.⁊ hec dixit mihi
Ecce q̄ dulciter ⁊ gaudioſe cantauit iſta cele-
ſtis philomena.⁊ vere multum amenus ⁊ iubi
loſus fuit in auribus aploꝝ iſte cantꝰ vidi dñꝫ
⁊ q̄libet ipſoꝝ potuit dicere ad ipaꝫ illð Cant
ij. O maria ſonet vox tua in auribus me. vox

enim tua dulcis. Ideo canit eccleſia de ipſa.
reſurrectione. Maria facta eſt prenuncia. fe-
rens chriſti fratribus eius morte triſtibus ex-
pectata gaudia. Secunda auicula que hoc tē-
pore lete reſurrectionis dulciter cantat et le-
tatur eſt alauda. que vt dicitur in libro rerum
eſt a laude dicta. eo ꝙ maxima iocunditate ex-
tenſis in aere pennis vocis modulamine au-
re letioris tempori cōgaudet. Per has auicu
las letantes reſurrectioni chriſti congauden
tes ſpūaliter intellige alias deuotas feminas.
videlicet mariam iacobi ⁊ iohannam. et cete-
ras que cum eis erant. que letanter reſurrecti
onem chriſti apoſtolis nūciabant. vt habetur
Luc. vlt. Et recte ſicut alaude in diluculo vel
aurora ſe eleuant. et diem ortum lete nūciant.
Sic iſte ſaucte mulieres ꝑma ſabbati ſicut ho
die diluculo ſurrexerunt. et ad monumentum
venerunt portantes aromata que preparaue-
runt. Et inuenerunt lapidem reuolutum ⁊ in-
greſſe non inuenerūt domini Jeſu corpus. Et
factum eſt cum mente conſternate eſſent ꝺ iſto
ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte ful-
genti. qui dixerunt ad illas. Quid queritis vi
uentem cum mortuis. non eſt hic ſurrexit. Re
cordamini qualiter locutus eſt vobis cum ad-
huc in galilea eſſet dicens. Quia oportet fili-
um hominis tradi in manus hominum pecca-
torum. et crucifigi. et tertia die reſurgere. Et
recordate ſunt verborum. Et egreſſe a monu-
mento nunciauerunt hec omnia illis vndecim
cum ceteris omnibus. vt patet Luc. xxiiij. Ec
ce qualiter in diluculo chriſtum verum diem
iam ortum ad ſimilitudinem alaudarum nun-
ciauerunt. Tertia auicola que etiam hoc tem-
pore ſub leto cantu chriſti teſtatur reſurrectio
nem eſt dicta chaliander. que ſm Albertuȝ in
libro rerum. auis parua alaude ſimilis que mi
ro vocis modulamine audientes letificat. Ca
pta enim ab hominibus. captiuitatis ſue obli-
uiſcitur. ⁊ vix vno die ſine cantu preterit. Per
hanc auem moraliter ſignificabatur ioſeph ab
aromathia qui paruus erat ratione humilita-
tis. ⁊ ſimilis alaudis. ſcȝ ſanctis mulieribꝰ ra-
tione deuotionis in hoc ꝙ chriſtum humiliter
⁊ deuote ſepeliuit. vt Mat. xxvij. ⁊ Luc. xxiij.
ꝯtinet. Hic eni ad ſilitudinē chaliandri vocis
ſue modulatione audientes chriſtianos letifi-
cat cum chriſtum ſurrexiſſe a mortuis coram
iudeis veraciter probat. Et licet ab eis captꝰ
fuiſſet ⁊ ī cubiculo clauſus. a reſurrectionis tñ
chriſti laude non ceſſauit ꝑ xp̄m liberatus. De
hoc habetur in euange. Nicodemi. vbi legitur

ꝙ liberato Joſeph ꝑ xp̄m de carcere venerūt
ad eum iudei dicentes. Da confeſſionem deo
iſrael. qꝛ ꝯtriſtati fuimus de eo ꝙ ſepeliſti cor
pus ieſu includentes te in cubiculo ꝓpter diē
ſabbati. Poſtera die q̄rentes te non inuenimꝰ
Dic ergo q̄d de te actum ſit. Tunc incepit ve-
lut chaliāder lete cātare reſurrectionē chriſti
dicēs. Quando me recluſiſtꝭ ī die paraſceues
ad veſperam dum ſtarem ad orationem. nocte
ī ea vidi Jeſum ſicut fulgorem luc̄. ⁊ ꝓ timore
cecidi in terram ⁊ tenēs manū meam eleuauit
me. ⁊ oſculatus ē me. ⁊ dixit. noli timere. reſpi
ce ī me. qꝛ ego ſum xp̄s Jeſus quem ſepeliſti. ⁊
duxit me ad locū vbi ſepeliui eū. ⁊ oſtēdit mihi
ſindonem in qua inuolui eū. tunc cognoui euȝ
et adoraui. tenens manum meam duxit me in
aromathiam in domū meam. Et certe hec vox
dulciter ſonare debet in auribus omniuȝ chri
ſtianorum audientes xp̄m ſuum redemptoreȝ
a morte reſurrexiſſe. Quarte auicule q̄ tempo
re reſurrectionis xp̄i adueniunt ⁊ ſuo cātu dul
ci collaudant ſunt hirūdines q̄ ſuo cātu diem
reſurrectionis ꝓnunciant ⁊ ad laudeȝ dei dor
mientes excitant. ⁊ ſm magiſtrū. xij. ꝓpleta-
tum. Hirūdinum ſunt tria genera. quedā ſunt
maioris corporis. dorſum habētes nigruȝ. pe
ctus rubeū. ventrem albuȝ. ⁊ he diligūt huma
nam ſocietatem. ideo ī domibus hominū nidi-
ficant. Alie ſunt minoris corporis. nigruȝ ha
bētes pectus. ⁊ nidificant ī ripaꝝ foraminibꝰ
iuxta aquas. Alie ſunt quas timēt alie aues et
etiā aquila ⁊ accipiter. et fugiunt illas tāq̄ ho
ſtes. nec audent ſuper predaȝ irruere. Uiſis il
lis timent eni morſus illarum. quia forſitan ē
venenoſus. Per has hirūdines triplices ītel
lige moraliter tres viros ſolēnes. qui etiam le
tam diem reſurrectionis chriſti ⁊ eius aſcenſi-
onis nunciauerunt. ⁊ alios iudeos ad laudeȝ
xp̄i ⁊ eius reſurrectionis excitauerunt. ſed illi
credere noluerunt. ſicut de hoc dicit euan. Ni
codemi. vbi legitur ꝙ tres viri venerūt ꝺ gali
lea in hieruſalē. ſcȝ Phinees ſacerdos. adaȝ ꝓ
ceptor. ⁊ aggeus leuita. ⁊ dixerunt ꝑncipibus
ſacerdotum. ⁊ alijs iudeis omnibus q̄ in ſyna-
goga erant. Jeſum queȝ crucifixiſtis vidimus
cum. xj. diſcipulus loquētem in monte oliueti
Et poſt hoc ī celum aſcendentem. Hec audien
tes principes ſacerdotuȝ ⁊ ſeniores dixerunt
illis. Date confeſſionem deo iſrael. ⁊ data con
feſſione ſi vera ſunt que dixiſtis. Qui reſpon-
derunt. Uiuit deus Abraam. deus Jſaac. ⁊ de
us Jacob. quia ſicut vidimus ſic locuti ſumꝰ.
Ecce ꝙ dulciter he tres hirundines ſpūales

chriſti reſurrectionis diem nūciauerunt. Sed
ꝑncipes ſacerdotuꝫ hoc audiētes ſtatim exur
gētes. ⁊ legē in manib⁹ ſuis tenētes. dixerunt
eis. adiuramus vos ꝑ deum iſrael vt amplius
non nuncietis verba que locuti eſtis nobis de
Jeſu. et dederunt eis pecuniam multaꝫ. Et mi
ſerunt cum eis tres viros. vt ducerent eos in
regionibus ſuis. vt de cetero nullo modo ſta-
rent in hieruſalē. Quinte auicule que etiā hoc
tempore leto dulciter canūt ⁊ letātur ſunt cor
tuce. vulg. ꝓprie graſemucke. q̄ ſūt auicule ꝑ-
ue iuxta aquā nidificātes. dulciterq̄ʒ canentes
quaꝝ cantū cuculi audiētes eas inſequuntur
vſq̄ʒ ad nidum exitum earuꝫ expectantes. que
cū exierint cuculi ſubintrantes earuꝫ oua ſor-
biunt ⁊ ebibunt. ⁊ propria ibideꝫ ponunt rece
dendo. Venientes autē cortuce inſident ouis
cuculi diligenter pullos excubando ⁊ nutrien
do. qui cum ſuccubuerint inſurgunt in cortu-
cam ⁊ interficiunt. ⁊ ad cuculum reuertuntur
Et hoc tāgit Alanus in de planctu nature. tra
ctatu. ij. libro. ij. Illic cortuca nouercam exu-
ens materne pietatis vbere. alienam cuculi ꝓ-
lem adoptabat in filium que tamen capitali p̄-
miata ſtipendio preuignum agnoſcens filium
ignorabat. Per has cortucas intellige ad pre
ſens milites ſepulcrum chriſti cuſtodientes.
qui fuerunt parui i miſericordia ⁊ humanitate
q2 xpo nullam miſericordiam ⁊ humanitateꝫ i
ſua paſſione oſtenderunt. ſed circa aquas nidi
ficauerūt. qñ xp̄m multi tribulationibus affe-
cerūt. attamen tunc ad ſimilitudinē cortucaꝝ
dulciter cātauerūt qñ xpi reſurrectiōeꝫ i ſyna
goga nūciauerūt dicētes. vt habet in euange-
lio nicodemi. Nobis cuſtodiētib⁹ ſepulcrū fa
ctus ē terre mot⁹. ⁊ vidim⁹ angelū dn̄i q̄ reuol
uit lapidē. ⁊ ſedit ſuꝑ eū. Pre cui⁹ timore facti
ſum⁹ q̄ſi mortui. ⁊ audiuim⁹ eū dicēteꝫ mulieri
bus q2 ſurrexit dn̄s. Et Mat. vlt. habetur ꝙ
dn̄s occurrit mulierib⁹ exeūtib⁹ de monumēto
⁊ ait illis. Ite annūciate fratrib⁹ meis. ſ. apl'is
vt eāt i galileā. ibi me videbūt. Que cum abiiſ-
ſent. ecce q̄dā de cuſtodib⁹ venerūt i ciuitatē.
⁊ nūciauerūt ꝑncipib⁹ ſacerdotuꝫ oia q̄ facta
ſunt. ſcꝫ ꝙ dn̄s ſurrexiſſet. ⁊ mulierib⁹ locut⁹
fuiſſet. ecce q̄ꝫ dulciter cantauerūt. Sꝫ cuculi
id eſt. ꝑncipes ſacerdotū. phariſei et iudei qui
nihil hactenus niſi duas voces didicerunt ſcꝫ
blaſphemare nomen chriſti. et ipſum negare.
audientes hunc dulcē cantum cuſtodū de xpi
reſurrectione inſecuti ſunt eos cuꝫ de nido ſe-
pulcri exiiſſent. ⁊ oua illius cōfeſſionis ſancte
quā fecerūt de reſurrectione xpi ſorbuerunt. ⁊
oua ſua ꝓpria. ſcꝫ negationis illi⁹. ⁊ infidelita
tis i corda ipoꝝ poſuerūt. ⁊ hec oua negatio-
nis cuſtodes excubauerūt qñ xp̄m nō ſurrexiſ
ſe. ſꝫ furatuꝫ a diſcipulis dixerūt. Sicq̄ʒ ꝑ pul-
los infidelitatis eternalit̄ interierūt. Ideo ha-
bet Mat. vlt. Principes ſacerdotū cū audiſ-
ſent cuſtodes. ꝯgregati ſunt cū ſeniorib⁹ i ꝯſi-
lio accepto pecuniā copioſam dederūt militi-
bus dicētes. Dicite ꝙ diſcipuli ei⁹ venerūt no
cte. ⁊ furati ſunt eum vobis dormientibus. Et
ſi hoc auditum fuerit a preſide ſuadebimus ei
et ſecuros vos reddemus. At illi accepta pe-
cunia fecerunt ſicut erant docti. ⁊ diuulgatuꝫ
eſt verbum iſtud apud iudeos vſq̄ʒ in hodier-
num diem. Moraliter autem iſtud naturale d̄
cortucis exponendo. ad noſtrum propoſitum
dico ꝙ ꝑ cortucas omnes chriſtiani deſignan
tur qui debent eſſe paruuli ꝑ humilitatem. Iu
xta illud. j. Pet. v. Omnes inuicē humilitateꝫ
inſinuate i vbis ⁊ operib⁹ demōſtrate. q2 deus
ſuꝑbis reſiſtit. humilib⁹ aūt dat gr̄aꝫ. Humili-
amini igit̄ ſb potēti manu dei. Itē debēt nidifi
care iuxta aq̄s ſacre ſcripture. q2 ꝑncipaliter
hoc tp̄e veris hō ad vitia carnis inclinat̄. que
tollit ſancta p̄dicatio ⁊ ſacre ſcp̄ture lectio vl'
auditio. ſicꝫ teſtat̄. ſ. Hiero. ad ruſticuꝫ mona-
chū. ⁊ habet̄ d̄ ꝯſe. di. v. c. nūq̄ʒ. Ama ſciaꝫ ſcri
pturaꝝ ⁊ vitia carnis nō amabis. Itē debent
dulciter cātare nō ſolū cordis deuotiōe. ſꝫ etiā
cātu oris debēt xp̄m reſurgētem collaudare.
Quia dicit Greg. i omel'. hodierna. Indignuꝫ
valde ē vt eo die laudes debitas taceat lingua
carnis. quo videlꝫ die caro reſurrexit aucto-
ris. Sꝫ heu demones q̄ ſignificant̄ ꝑ cuculos
audiētes dulcē cantū deuotiōis ⁊ etiā linguas
hoīuꝫ deuotoꝝ. inſequunt̄ eos. etiam vſq̄ʒ ad
nidū eccl'ie in q̄ ſunt hoīes deuoti in dei ſerui-
tio et feruētes vbi non ceſſant perſequi. Quia
dicitur. iij. q. j. c. Nulli dubium. Diabolus nō
ceſſat circūire querens quem deuoret. ⁊ que-
rit quos ex fidelibus perdat. Et maxime illos
quos in ſeruitio ſaluatoris ardentiores. eiq̄ʒ
familiariores inuenerit. Sed quia propter de-
uotionem eos in nidis eccleſiarum non poteſt
decipere ⁊ perdere. Ideo expectat eorum exi-
tum poſtq̄ʒ venerint domuꝫ. tūc per malas co
gitationes itrat corda ipſorum. ſorbendo oua
deuotionis et bone operationis et ponendo
ibi ſua propria oua male operationis. vt ebrie
tatis. luxurie. loquacitatis. ſuperbie. vanita-
tis et inuidie. Et hec ſi homines conſenſu vel
opere excubauerint. excubita inſurgunt in ip-
ſos. et ſpiritualiter occidunt in anima. ⁊ mul-
totiens etiaꝫ corporaliter. ſicꝫ ꝯtigit romanis
q̄ licet in. xl. continenter vixiſſent. et in paſca
corp⁹ chriſti ſumpſiſſent. ſtatim poſt hoc tamē
diabolo procurante ludis. cōmeſſationib⁹ et

luxurijs ſe dabāt. Ideo indignatus dominus
contra eos peſtem inguinariaʒ immiſit. vt bo
mines in vijs in ludis moꝛerentur. ⁊ in ſternu
tatione ſpiritum exalarent. Et certe ꝙ ipſi bo
mines poſt ſumptionem venerabilis paſcalis
ſacramenti tam cito operibus diaboli conſen=
tiunt. propterea immittit dominus peſtilenti=
am. famem. perſecutiones maloꝛum ⁊ ceteras
coꝛpoꝛis paſſiones atqʒ moꝛtes. ſicut predixit
apoſtolꝰ coꝛintheis. j. Coꝛ. xj. Ideo propter
indignā. ſ. ſūptionē ſancte eucbariſtie iter vos
multi infirmi. id ē. puniti diuinitus īfirmitate
coꝛpoꝛali. ⁊ imbecilles. i. longa infirmitate la
boꝛātes. ⁊ doꝛmiūt multi. ſ. ſomno moꝛtis coꝛ
poꝛis ſubito a deo interfecti. Sexta auicula q̄
boc tempoꝛe amplius alijs tꝑibꝰ amenissime
gaudet eſt dicta pſitacꝰ. ꝓpꝛie zittich. de q̄ di=
cit Alanus illic. Pſitacus in ſui gutturis incu
de vocis monetaʒ fabꝛicabat bumane. Eſt eni
auis virideʒ babens coloꝛem in indie litoꝛibꝰ
frequēter babitans. vel in deſertis grecie. Et
bec poteſt doceri ad loquendum vocibus bu=
manis. Et de iſta dicunt naturales ꝙ nibil no
uit naturaliter loqui niſi verbuʒ ſalutandi. vñ
impatoꝛes dicit̄ naturaliter ſalutare iuxta il=
lud Marcialis epigramatū. xiij. Pſitacꝰ a vo
bis alioꝛum nomina diſcam. Hoc didici ꝑ me
dicere ceſar aue. Unde in biſtoꝛia Karoli ceſa
ris magni narratur. ꝙ cum Karolꝰ erraret ꝑ
deſerta grecie. obuie fuerūt ei aues que pſita=
ci nominantur. que ſtatim lingua greca ſaluta
uerunt eū dicentes. Abere ceſar anicbos. boc
eſt dictuʒ. Aue ceſar. Et bec fuit ꝑma ꝓpbe
tia de imperio ſibi facta. Naʒ cum tunc nō fo=
ret niſi rex frācie. factus eſt poſtea imperatoꝛ.
Moꝛaliter per pſitacos recte populus intelli
gitur cbꝛiſtianus. qui boc tempoꝛe reſurrecti=
onis debet plus alijs tempoꝛibus ſpiritualit̄
letari. quia bec eſt dies quaʒ fecit dñs exulte
mus ⁊ letemar in ea. Sic cantat eccleſia ꝑ to=
tam bebdomodā. Et eſt ſumptuʒ ex pſ̄. cxvij.
Debet igitur laudando foꝛmare voces buma
nas. ⁊ voces būane nibil aliud ſunt niſi voces
diuine laudis. quia bomo ad deum landandū
creatus ē. vt dicitur Eſa. xliij. Et dicit mgr̄ li.
ij. di. j. c. vij. Si querit̄ ad quid creata ſit ratio
nalis creatura? Reſpōdetur ad laudādū deū
vel ad ſeruiendū ei. ad fruēdū eo. Et qꝛ bō ad
laudandū deū ē factꝰ. igit̄ debet ipm laudare
eo ꝙ ꝺ laqueo demōis ꝑ ſuā acerbiſſimā paſſi=
onē ē liberatꝰ. ⁊ dicere cū pſ̄. cxxiij. Bñdictꝰ
dñs. q̄ nō dedit nos i captionē dentibus eoꝝ
ſcʒ demonū. ſicut fuerūt ab eis capti ſancti pa
tres in lymbo. Anima noſtra ſicut paſſer ere=
pta eſt de laqueo venātium. Et nibil debēt ali=
ud facere. ſcʒ bomines ad boc deputati. niſi ſa
lutare cbꝛiſtum celi imperatoꝛem i deſerto bu
ius mundi. ⁊ dicere cuʒ ſanctis patribus ſicut
canitur. Aduieniſti deſiderabilis quē expecta
bamus in tenebꝛis. vt educeres bac nocte ⁊c̄.
Cū ergo bomo cbꝛiſtianꝰ ſpūaliter letat̄ xp̄m
collaudādo. tunc implet̄ illud v̄buʒ thematis
In reſurrectione tua cbꝛiſte ēra letat̄. i. bomo
de terra creatus. qđ fuit verbum allegatū. Se
ptime aues q̄ tpe reſurrectionis xp̄i plus ſoli=
to gaudent ſunt grues. de q̄bus dicit baſilius
in exameron. ⁊ etiam Ambꝛoſius. ꝙ ſimul vo
lant. ſimul comedunt. ſuā ſpeciem diligunt. re=
gem ſibi ſubſtituunt. be etiā oꝛdinarie volant.
Et ſi aliquando inter ſe pugnāt. mox recōcili=
ate a ſocietate non declinant. He futuram tem
peſtatem cognoſcunt. qua imminente clamāt.
De quo etiam vide. vij. q. j. ca. in apibus. Per
bas aues moꝛaliter ītelliguntur religioſe per
ſone. Nam in eo ꝙ grues inſimul volant ⁊ co=
medunt. docentur ꝙ debēt ſingularitatem fu=
gere. ⁊ cōmunitatem diligere ſiue in cibis ſiue
in alijs. Quia Act. iiij. dicitur. Multitudinis
credentium erat coꝛ vnum et anima vna. nec
quiſq̄ eoꝛum quod poſſidebat ſuum eſſe dice=
bat. ſcʒ ſibi vel familie appꝛopꝛiādo. ſed erant
eis omnia cōmunia. In eo ꝙ grues ſpeciem ſu
am diligunt. docent eos ſuam religionem dili
gere et fouere pꝛecipue. In eo autem ꝙ regem
ſibi ſubſtituunt. docentur ſub cuſtodia vel obe
dientia viuere. Quia obedientia plus valet q̄
victima. j. Regū. xiiij. In eo vero ꝙ oꝛdinate
volant. docētur moleſte ⁊ oꝛdinate incedere.
In boc autem ꝙ cito recōciliātur. ⁊ iterum cō
ſociantur. docentur iras ſeu lites ſi aliquādo
accidant citius terminare. ⁊ per remiſſionē in
obliuionem iniuriaꝝ pacem ⁊ charitateʒ cbꝛi
ſti ſcʒ celeriꝰ refoꝛmare. In eo v̄o ꝙ tempeſta
tes ſentiunt. atqʒ imminentibus illis clamant
docentur futura pericula vel tempeſtates ſol=
licite pꝛeuidere. et eis imminentibus ad deuʒ
⁊ ad beatam virginem oꝛando exclamare. Si=
cut fecerunt illi ꝺ quibus ſcribit Apiarius. c.
lvj. In quodam clauſtro oꝛdinis pꝛedicatoꝛū
contigit fieri tempeſtates. cboꝛuſcationes. et
fulgura. Quod vidētes monachi certatim ad
eccleſiam fugiunt. ⁊ pariter cōgregati Salue
regina incipiunt. Cumqʒ veniſſent ad illā clau
ſulaʒ. Eya ergo aduocata ⁊c̄. ſubito vebemēs
ventus ab occidēte veniens cum boꝛribili fra
goꝛe tonitrui feneſtras vitreas totaliter diſſi=
pat. Et boc factū fuit operatione diaboli. Fle
xerunt ergo genua et cantauerunt. Et ieſum
benedictuʒ fructum vētris tui nobis poſt boc
exilium oſtende ⁊c̄. ſtatim imago crucifixi que

media ſtabat inter choꝝ monachoꝝ ⁊ ꝯuerſo
rum fratrū.ꝯuerſa ad orīētē verſus choꝝ mo
nachoꝝ reflexa eſt.⁊ oculos aperuit. Et mox
omnis timor ceſſauit ſublata tēpeſtate. Ecce
ꝙ religioſi exemplo gruū deū laudant. Octa=
ua auis que plus tpe verꝫ ⁊ reſurrectiōis leta=
tur ē gallus qui tūc magis cantat.⁊ horas di=
ei atqꝫ noctis annūciat.⁊ homīes a ſopore ex
citat .ꝑ quē ſignificant̄ fideles ꝑdicatores qui
hoc tempore vociferāt.⁊ xp̄i reſurrectionē le=
te hoib⁹ annūciāt eos a peccatis incredulita=
tis excitādo. Et hoꝝ ꝑcipuus fuit beatus Pe
trus qui velut gallus annūciauit horā ⁊ diē re
ſurrectionis.cum ait Act.x. Hunc xp̄m ſuſci=
tauit de⁹ tertia die.⁊ dedit eū manifeſtuꝫ fieri
nō omni populo.ſed teſtib⁹ ꝑordinatis a deo.
Dicit enim Dionyſius li.celeſtis hierarchie.
Hec ē lex diuinitus inſtituta vt ea q̄ tranſcen=
dunt cognitionem naturalē ꝑmo ſupiorib⁹ re=
uelent̄.⁊ ꝑ ſupiores alijs manifeſtēt̄. Sicut pa
tet ī ſpiritib⁹ angelicis in ordine hierarchico.
Nā ſupiores immediate a deo illumināt̄. Me=
dij vō a ſupiorib⁹. Et inferiores a medijs. Sꝫ
qꝛ reſurrectio xp̄i eſt vnū de tranſcendētibus
ideo ꝑmo reuelata eſt apl'is .ꝑ quos alijs ma=
nifeſtata eſt.ꝓpter qd̄ dixit .nō omni pplo ⁊c̄.
Alius ꝑdicator fidelis beat⁹ Paulus. q̄ Act.
xiij.annūciauit xp̄i reſurrectionē di. Deus ſu=
ſcitauit eū a mortuis die tertia.qui viſus eſt ꝑ
dies multos.ſ.quadraginta. Et tm̄ de auib⁹
ad pn̄s dicta ſufficiunt.

## Sermo tertius (primus). De reſurrectione. Feria 2ª

**Ipſi narrabāt** q̄ geſta erant in via Luc.vlt̄. Dicunt
expti curſores ꝙ illo die quo multe aues viaꝫ
ſolēt ꝑuolare ſecuꝝ ſit ambulare. Et hoc ꝯfir
mat Fontinus in deſcriptiōe vniuerſi dicens.
Viatores q̄dam viā tunc ſibi adeſſe videant.ꝓ
ſperam dū multe aues viā peruolāt hincinde.
Cui⁹ ratio pōt eſſe.qꝛ aues vidētes aut cogno
ſcentes inſidias latronum fugiūt d̓ ſiluis ⁊ de
vijs. Sicut ptꝫ ꝑ hoc quod ſcribit Julius ſta=
tegraton.li.j.c.ij. Emileus paulus cōſul ro=
manus quondā dimiſſur⁹ erat exercitū ī qua=
dam planicie.⁊ ſubito circūſpiciens vidit quā
dam multitudinē auiū ſubito excitatā a q̄dam
ſilua ꝯfugere.⁊ ſtatim cōcepit ꝙ ibi eſſent inſi=
die. Miſſis ergo exploratorib⁹ didicit ibi decē
milia armatoꝝ ſe abſcōdiſſe vt exercitui roma
no obuiaſſent. Miſſis ḡ exploratoribus ꝑ ali=
am viā militib⁹ eos circūdedit ⁊ cōfudit. Mo
raliter ꝑ curſores aut viatores ītelligunt̄ om=
nes homines q̄ currunt in ſtadio huius mūdi.
De q̄bus apl's.j.Cor.ix. Omnes q̄dem cur=
runt.ſꝫ vnus accipit brauiū. Qd̄ aūt viatores
ſimus.oſtendit beatus Greg⁹ in omel'. In via
inq̄t ſum⁹ q̄ ad patriā tēdimus. Sed ꝑ aues ī=
telligit̄ vno mō multitudo ſanctoruꝫ hoīuꝫ .q̄
ꝑ occultas ſemitas ad bn̄ operanduꝫ ꝑgunt. Ju
xta illud Job.xxviij. Semitam ignorauit auis
⁊c̄. Iſte inquā aues ſi volant ꝑ vias hui⁹ mun
di ī alta celi.ſecurū erit alijs poſt eas ambula
re.ꝑ quas vias ipſi ambularūt ſeu volauerūt
ſi ⁊ nos ꝑ eaſdē euolemus ꝓſpere ⁊ ſecure am
bulemus. Alio modo ꝑ aues ītelligit̄ multitu=
do exercitantiū demonū. De q̄bus Luc.viij.
Volucres celi comederūt illud.ſ. ſemen verbi
dei. Hi inquā ſi ꝑuolāt vias noſtras nos exer=
citando ⁊ tēptādo ſecuꝝ erit nobis ad celi pa
triā ambulare. Jac.j. Beatus vir q̄ ſuffert tē=
ptationem. qꝛ cum ꝓbatus fuerit accipiet co=
ronā vite. Idcirco ipſi ꝑdicatores debent nar
rare hominib⁹ q̄liter homines ſancti per vias
huius mundi ad alta celi euolauerunt. Et quō
ꝑ exercitationē demonū multi illuc ꝓſpere ꝑ=
ueniūt.vt ⁊ ipi eodē modo illic ꝓſpere ꝑueni=
ant.⁊ hoc quo ad ſenſuꝫ moralē.vt vult v̓bum
ꝑlibatū cū dr̄. Ipſi ſcꝫ ꝑdicatores narrabant
ſcꝫ hominib⁹.que geſta erāt ī via. In quo qui=
dem v̓bo ꝑncipaliter duo tangūt̄.ſ. Predicā=
tium narratio intuenda.ibi. Ipſi narrabant.
Hominū ambulatio deteſtāda.ibi. In via. De
iſtis ē notādū ꝙ magiſter Roptus Holkot ſup
li. Sap.lectione.lxj.ſup hoc verbo. Laſſati ſu
mus ī via.diſtinguit.vij.vias.per quas iniqui
ambulāt.que ſunt deteſtande. Sed octaua ī fi
ne ſupaddam.q̄ eſt amplectēda. Prima igitur
via difficilis ⁊ deteſtanda eſt mōtoſa quaꝫ am
bulāt ſupbi ⁊ ambitioſi qui ſemꝑ vadūt altas
vias ⁊ mōtoſas.⁊ tn̄ hoc eſt valde ꝑiculoſum
qꝛ de modico lapſu imminet magnū ꝑiculū.qꝛ
ſm̄ Grego. Quanto gradus altior tāto caſus
grauior.d̓ eis ē ſicut d̓ lepore. Quia lep⁹ mul=
to melius currit contra montē aſcēdēdo q̄ꝫ de
mōte ī vallē deſcēdēdo. Et ratio eſt. qꝛ crura
eius anteriora breuiora ſūt q̄ꝫ poſteriora. Ita
iſti de mōte ſupbie cū difficultate deſcēdūt.ſꝫ
ad locū dignitatis cū magno conatu aſcēdūt
qꝛ affectiones hoīs ad deū ſunt quaſi tibie an
teriores. Affectiōes aūt ad mūdū ſunt tibie ⁊
pedes poſteriores. Cū ergo ī homine affectio
nes ad deū ſūt breuiores q̄ꝫ affectiōes ad mū
dū.ille currit velociter ꝯtra mōtē ad acq̄ſiti=
onē quaꝝ ē cupid⁹. De illo dicit Job.xv. Cu
currit aduerſus deū erecto collo.⁊ pingui cer
uice armat⁹ ē. Ex quo dicto ptꝫ vt habet̄ .iiij.
Reg.xix. ꝙ Senacherib rex hūit affectiōes